



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 5. An exprimi debet effectus malus, qui ex actu externo secutus est?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

internus. 5. Actus externus scandalum patit, non internus. 6. Alex. VII. damnavit hanc propos. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis precepto dicens, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

**Q. 5.** An exprimi debet effectus malus, qui ex actu externo secutus est?

**Resp.** Aff. Quia talis effectus sequitur ex actu externo liberè posito, & meritò imputatur ad culpam ei, qui causam liberè posuit, & in quā fuit prævisus, vel prævideri potuit. Deinde pertinet quodammodo ad objectum peccati, estque liber & malus à libertate & malitia voluntatis, à qua procedit. Adde quod ejus declaratio sèpè necessaria est, ut Confessor cognoscat statum pœnitentis, & an contraxerit aliquam Censuram, vel irregularitatem, vel obligationem restituendi, &c. Hinc qui propinavit alteri venenum, ex quo mors secuta est, tenetur declarare, mortem inde fecutam esse.

**Q. 6.** An pœnitens aliquando tenetur detegere in Confessione Complicem?

**Not.** Constat id non licere, si pœnitens possit aliter peccatum suum sufficienter exprimere; vel sine gravi incommodo possit adire Confessarium, cui complexus sit ignotus; vel peccatum alias sit rite Confessus, & tunc faciat

Con-